

1825
1704 10 2
12. 11.
**DISSERTATIO JURIDICA;
DE
FACTO TUTO-
RUM A PUPILLIS
NON PRÆSTANDO,**

Quam

DEO TER OPT. MAX. ADNUENTE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

Dn. FRIDERICO VVILHELMO,

REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRANDEN-

BURGICI CETERARUMQUE PROVINCIARUM

HEREDE, &c. &c.

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

JAC. FRIDERICO LUDOVICI,

J. U. D. & Prof. Publ. Extr.

PRÆCEPTORE SUO INDEFESSO AMORIS CULTU

prosequendo,

Publico & placido Eruditorum Examini submittit

BERNHARD JOHANN de Mumm/

Eques Marco Guestphalus.

Ad diem XXIX. April. M DCCIV. Horis locoque consuetis.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.




DIESER TATTO JERIDICAY
DE

• OTTO TUTTO

• LUPINUS

• MON FRANCIS

• DEO DILECTIO TUTTO



DISSESSATIO JURIDICA,
De
FACTO TUTORUM A PUPILLIS
NON PRÆSTANDO.

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

Tulores parentum officio iam quoad educationem persone pupillorum, quam ratione administrationis bonorum defungi debent, §. I. Sed non omnes hoc faciunt, unde varie allusiones circa vocabulum latinum Tutoris & germanicum des Wormundes. Deducitur exinde, pupillos ad quacunque Tutorum suorum facta prestanda non esse adstrictos & simul thema Dissertationis proportionari, §. II. Dubium: pupilos ad quacunque facta prestanda obligari, quia Tutela est vis & potestas, §. III. Varie interpretationes, quid per vim & potestatem in definitione Tutele intelligatur, §. IV. Sententia glossæ, §. V. Bartoli, §. VI. Petri Loriori, §. VII. Qua omnes rejiciuntur §. VIII. Refutatur explicatio Glossæ & Accursii §. IX. Ostenditur ineptia Bartoli §. X. & respondetur Petro Lorioto §. XI. In Vocibus: Vis & Potestas, non latet mysterium aliquid, sed sunt synonima. Non omnis Taxtologia est virium §. XII. Potestatis vocabulum duplenter sumitur, vel in sensu politico, vel in sensu juris Romani, §. XIII. In quo consistat potestas ex mente juris Romani, §. XIV. Natura potestatis politica, qua iterum duplex, alia Principi, alia privato competens, qua posterior ad presentem scopum pertinet §. XV. Illustratur ea exemplo potestatis maritalis §. XVI. Tu-

DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM

coribus non competit potestas in sensu juris Romani talis, sed in sensu politico accepta, §. XVII. Unde pupilos ad facta eorum simpliciter & absolute praestanda non obstringi, iterum elicetur, §. XLIX. Tutor, cuius factum praestare obligatus est pupillus, debet rite constitutus & a Magistratu confirmatus esse, §. XIX. Resfestatur opinio Gailii existimantis, quod loco Tutorij seu Curatorij copiam collationatam Testamenti, vel aliud legitimum documentum exhibere sufficiat, ex quo Judicii constare posse, tutores esse testamentoarios, §. XX. Hodie nulla amplius est differentia in effectu inter Tutorem recte datum in testamento & inter eum, qui propter defectum aliquem confirmatus, §. XXI. Pupillus non praestat facta Tutoris non conscientis inventarium, quippe quod fundatum rationum reddendarum est, §. XXII. Tutor ad satisfactionem est obligatus §. XXIII. Neque vero hodie amplius hic distinguitur, utrum Tutor sit testamentarius, utrum legitimus, vel dativus: nec porro, an ab inferiore, an vero a superiori Magistratus constitutus, unde Leges Romanas in hac materia nullam amplius utilitatem praestare offenduntur, §. XXIV. Tutores ante suscepimus administrationem juramento obstringendis, §. XXV. De differentia inter autoritatem interpolationem & rerum pupillarum administrationem §. XXVI. Uraque in utilitatem pupilli tendere debet, si minus, pupillus ad factum Tutoris praestandum non obligatur, §. XXVII. Transitus ad casum aliquem specialem, qui recensetur in §. XXVIII. XXIX. XXX. & XXXI. Judicium de eo secundum principia in precedentiis adductis ferendum §. XXXII. & XXXIII. Adferuntur duo dubia, (1.) praesentiam agnatorum defectum Tutorum & Curatorum suppleret §. XXXIV. (2.) Idem esse, an verus Tutor aliquid gesserit, utrum vero Protutor, §. XXXV. Respondeatur ad prius, §. XXXVI. Et ad posterius §. XXXVII. Tutor non potest transfigere de rebus pupillorum, nisi eorum jus valde dubium sit §. XXXVII. De immobilibus quoque facultas transfigendi non aliter ipsi est concessa, quam accedente decreto Magistratus. Idem in transactione incorporalium immobilibus inbarenium, §. XXXIX. Distinctio nonnullorum, utrum

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

res immobilio per transactionem in alium transferatur, anno
§. XL. An transactio propter solam presentiam Commissario-
rum sustineatur? §. XLI. Non potest ex hoc unico fundamento
sustineri, quod confirmatio Domini territorialis eidem accipiteret
§. XLII. Respondetur ad l. 2. C. quand. decret. opus non est, §.
XLIII. Removentur abduc alia dubia circa easum propositum
obvenientia de pretensa quadam unione prolium, §. XLIV. XLV.
§. XLVI. Pupillo factum Tutoris impugnare volenti & actio
& exceptio competit, §. XLVII. Actio illa vel est querela nulli-
tatis, vel restitutio in integrum, §. XLVIII. Querela tamen
nullitatis pinguior est, quam restitutio in integrum, §. XLIX.
Conclusio Dissertationis, §. L.

§. I.

Utores parentum officio in edu-
canda persona pupillorum, admī-
niststrandisque bonis eorum defun-
gi debere, ipsa rei natura ac tot
juris Civilis autoritates uno ore
asserunt. Quo ipso motus Tribō-
nianus tutores quasi tutores atque
defensores appellari dicit in §. 2. Inst.
de Tutel. addito, ut ipse videtur, simili haud ineleganti:
Sicuti Editus dicuntur, qui aedes tueruntur. Cum itaque le-
ges de parentibus prælumant, quod optima de liberis
confilia soveant & cum per consequens liberi ad facta
parentum præstanda obligentur, quis non & hoc respe-
ctu a parentibus ad tutores & a liberis ad pupilos fir-
mum duci posse argumentum crederet?

§. II.

Nihilominus tamen Papinianus in L. 3. §. 3. ff. de
Utr. tutelam rem minus tutam & periculofam appelle-

A 3

lare

6 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM

lare non dubitat, dum testatricem, de qua loquitur, *remedium fideicommissi lubrico tutela prætulisse* dicit. Scilicet non omnes tutores officio boni patrisfamilias promiscue defunguntur, sed illud quod in favorem & commodum pupillorum introductum erat, haud raro in eorum perniciem detorquent. Unde Albericus *ad Leg. l. §. i. ff. de tutelis* Tutores hodie non tutores dici potat, sed tollitores ab effectu, quia tollunt & turantur bona pupillorum. Aliis Vormundere quasi Verminderer und die den Mündlein das Brod vor dem Munde wegnehmen. Aliis aliter. Neque desunt etiam exempla ejusmodi improborum tutorum, tam recentia, quam antiqua, quorum nonnulla refert Paul. Montan. *in Tract. de jur. Tutel. & Curat. c. i. num. 3. seqq.* Ex quo jam simul consequitur, pupilos non esse simpliciter adstricatos, ut omnia in universum tutorum suorum facta praestent; Sed potius nunc commode formare possumus statum controversie, quem in praesenti Dissert. enucleabimus: *An scilicet & in quantum pupilli ad facta Tutorum praestanda obstringantur?*

S. III.

Antequam autem ad hoc accedamus, nostrum erit, ipsam naturam potestatis tutoribus in administranda tutela competentis paululum investigare, ut eo melius nostrum deinde obtinere possumus finem. Ignotum enim non est, Tutelam in LL. nostris definiri: quod sit vis & potestas in capite libero ad tuendum eum, qui se per aetatem defendere nequit, jure civili data atque permissa §. i. *Inst. de Tutel. L. i. ff. eod.* Ex quo statim ab initio videri poterat, tutores non minus ac parentes atque Dominos liberrima de actionibus

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

12

nibus pupillorum suorum disponendi potestate gauderé,
eum, quod liberi & servi facta parentum atque dominorum
suum præstare teneantur, ex eo proveniat, quia
parentibus & Dominis potestas competit, at verò & tu-
toribus potestatem tribuere leges, textus adducti sat a-
pertè evincunt.

§. IV.

Sed salva res est. Inter potestatem enim & po-
testatem datur quoque differentia, seu clariss, potestas
non est ejusdem generis. Nos quidem ex genuinis
principiis facile ostendemus dilicitem & exinde pro-
fluentes diversos effectus; antequam tamen hoc faci-
mus, non inutile erit, ut varias DD. opiniones, in quas
circa explicandam vim & potestatem Tutorum dilcedunt,
breviter percurramus & simul ad trutinam justi revoce-
mus. Quod enim sunt capita, tot ferè etiam hac par-
te deprehendi sententias, fatetur citatus Montan. cap. 2.
num. 7.

§. V.

Prodeat primum Glossa ad d. l. 1. ff. de Tutel. ejus-
demque Autor, Accursius, Scriptor, ut vult Montanus,
ingenii judiciique dexteritate non levi honore prote-
quendus, si seculi sui peccata cernimus. Ita autem il-
le: *Vix ac potestas, id est, violenta potestas, quia datur in-*
vitio & invito & per hoc differt à Curatore, quia Curator non
datur invito, nisi ad litem, licet quandoque cogatur, ut ve-
nit. Eadem ferè habentur in corpore glossato ad §. 1. Inst.
de Tutel. nisi quod alia adhuc inter vim & potestatem sub-
jiciatur differentia: vel dic, inquit Glossa, vix ad cogendum,
potestas ad imperandum.

§. VI. In

8 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
§. VI.

In omnia alia abit Bartolus, JCtus non exiguae quondam autoritatis, qui per illud, quod *vīs & potestas* conjunctim in Legibus reperiantur, potestatem non infrugiferam denotari existimat. Movetur autem ea potissimum ratione, quod, quando alias copula inventur posita inter duo substantiva idem significantia, copula beat rejici & unum resolvi in adjectivum alterius, per glossam in L. 1. ff. de paet. ubi verba in definitione paeti, quod sit placitum & consensus ita explicantur, quasi dixerit JCtus *placitus consensus*, id est. spontaneus, in medium adducto illo Virgilii - - *Arma virumque vano*, id est, *armatum virum*. Ergo intert Bartolus, *vīs & potestas* idem est, quod *viridus & nonficcus potestas*, cum dictio: *Vīs* non a violo, ut volebat Accursius, sed à vincō descendat, vid. Montanus *dīct. loc. num. 9.*

§. VII.

Denique Petrus Loriotus de arte *Juris* cit. b.
de Tutel. vim & potestatem gradibus suis ut majus & minus ab invicem differre autem. Vim scilicet potentiam majorem dicit, ex ea ratione, quoniam tutor sāpe mandatum & dispositionem patris negligere potest, si illa pupillo non admodum utilis esse videatur, quantum enim ad providentiam pupillarem, Domini loco habendum esse Tutorem, pronunciat Paulus in L. 27. ff. de *Administrat. & peric. Tui.* Quod si autem quāris, quomodo *potestas* tutorum ab hac vi secessenda sit, eandem in contractibus pupillorum sēcē exerere, & nihil aliud, quam autoritatem, quae animam dat negotiis pupillorum, esse statuit. Alia adducere

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.
ducere supersedemus, quæ apud ante laudatum Montanum pluribus reperiri possunt.

§. VIII.

Habes tres diversissimas DD. opiniones de vi & potestate Tutorum. Quid nos jam? An Accursium, utrum Bartolum, an verò tandem Loriotum ducem sequemur? Imo neutrum. Quod enim salva illorum virorum autoritate, quā alias pollent, dictum sit, integrum hocce trifolium, à tramite justæ interpretationis non parum aberrasse videtur, magis tamen Accursius & Bartolus, quam Loriotus. Agedum percurramus argutias à singulis in medium prolatas.

§. IX.

Non denegabimus quidem Accursio epitheton, quod ipsi tribuebat Montanus, dum ingenii judicique dexteritatem in eo præcipuè deprædicabat, vid. §. V. interim tamen cum ejusmodi dexteritate aliquando nihilominus hebetudinem quandam conjunctam esse posse, nemo, credimus, inficias ibit. Vim ideo nominari in Legibus dicit Accursius, quia tutela constituitur *invitus*, scilicet pupillis, & *invito*, id est, ut putamus, quia tutor etiam *invitus* in se tutelæ munus recipere cogitur. Neutrū intentioni legum convenit. Siquidem in definitione tutelæ in §. I. *Inst. de Tutel.* & in L. I. ff. eod. non agitur de pupillis, nec deciditur quæstio, an volentes, an nolentes illi tutores accipiunt: Neque porro de Tutela constituenda fermo est, deque excusationibus Tutoribus competentibus; sed JCtus *naturam Tutelæ jamdum constituta* exprimere voluit, quid ve Tutoribus vi ejusdem tribuendum, quid denegandum. Res tam clara est, ut, si quis indolem genuinæ

B

defi-

10 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
definitionis quadam tenus saltem intelligat, dubium ali-
quod ipsi remanere nullo modo queat. Nec opus est,
ut inter coactionem & imperium hic subtiliter distingua-
mus, nec enim primo absolute coactio Tutori attribui
potest, & deinde, si qua ei competit, illa jam ex impe-
rio seu potestate profuit, prout semper potestas aliquam
cogendi potestatem involvit, quod inter alia in potesta-
te maritali cernere licet.

§. X.

Bartolum vero pudeat, quod tam aniles fabulas
pro justa interpretatione nobis obtrudere voluerit. Po-
namus & concedamus eidem, quod quando alias co-
pula invenitur posita inter duo substantiva idem si-
gnificantia, ea rejici & unum in alterius adjectivum
resolvi debeat; quid vero tum postea? an forsan exin-
de sequitur, ergo *Vis & potestas* idem est ac *viriditas &*
non siccitas potestas. Terminii adeo misere cohærent, ut
ipse Montanus illud agnoscere coactus fuerit *d. c. 2. n. 9.*
ubi dicit, quod quamvis plerique hanc Bartoli doctri-
nam amplexi fuerint, & ipse cum manibus tanti viri
contendere aut pugnare nolit, vel in minimo eorum
immortali gloria derogare, ipsi tamen illa interpreta-
tio nunquam placuerit, immo quod omnino ridicula vi-
deatur, cui opinioni & nos libenter nostrum adjicimus
calculum.

§. XI.

Lorioti sententia tali quidem absurditate non la-
borat; interim tamen & eadem genuino fundamen-
to destituta & mere cerebrina esse videtur. Verum
est, quod Tutor interdum a patris voluntate recedere
posit, si eam pupillo damnosam fore deprehendat;
sed

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

fed ubi hoc extat, quod hoc ipsum præcise per vocabulum: *Vis*, denotetur, & cur non eadem facultas Tutori competens ex voce *potes* derivari potest? Sane, nativa horum vocabulorum indoles illa juxta Leriotti sententiam non distinguit, nec poterit etiam adduci & monstrari, quod à peritis in arte ita perpetuo distincta fuerint.

§. XII.

Nostram ergo ut denique subjiciamus sententiam, illa eo tendit, in verbis sèpè adductis: *Vis* & *potes*, non esse querendum aliquod mysterium, (ut sèpe sine ratione etiam in plurimis aliis juris textibus facere solent nonnulli DD.) sed ea synonima esse & idem prorsus significare, *facultatem* scilicet *moralement* Tutoribus vi delatae tutelæ competentem. At vero, obijcis, hac ratione statuendum erit, dari in textibus adductis speciem tautologiae cuiusdam, quid tum? etiam veteres Jcti tautologiam committere potuerunt. Neque vero omnis tautologia reprehendi poterit, cum interdum unum vocabulum, unaque phrasis ex altera subsequente adhuc clarius intelligatur. Jctos autem veteres solitos fuisse, ut sèpe adducta verba conjunctim ut plurimum ponerent, inter alia ex L. 17. f. de LL. & ex L. 1. f. de noxal. action, latis liquido patet, cui nostræ sententiaz accedit Andreas Alciatus parerg. L. 1. c. 28. vid. Montan. d. 6. 2. n. 12. 13. 14.

§. XIII.

Nihil amplius hic restat, quam (quod supra §. IV. promisiimus) ut paulo distinctius monstremus, in quantum potestas Tutorum à potestate Dominorum atque Parentum abeat, & per consequens, quare pupilli

B 2

non

12 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
non æque, ut liberi & servi, tacta Tutorum suorum præ-
stare teneantur. Scilicet vocabulum: *potestas*, duplice
accipitur sensu, ita, ut alia sit *potestas in sensu politico*, alia
iterum in *sensu juris Romani talis*.

§. XIV.

Ad hanc quod attinet, cardo ejus potissimum
in fictione unitatis consistit: Sic enim Pater & filius fami-
lias juxta L. fin. C. de Impub. & aliis Subst. L. cum scimus 22.
§. 2. C. de Agric. & censit. L. 16 ff. de furt. ut & servus &
Dominus in L. 56. §. 1. ff. de Fidejuss. una eademque per-
sona esse intelliguntur, cum filius & servus à Domini
patrisque voluntate dependeant, & propriam volun-
tatem habere non censeantur, neque sui juris sint,
hinc patri & Domino eos tempore necessitatis vende-
re olim permisum L. 2. de his qui sui vel alien. jur. L. 2. C.
de patrib. qui filios distrax. & quæcunque liberi & servi
acquirunt, patri Dominove statim acquiruntur §. 1.
Inst. per quas pers. cuique acquir. Imo si pater peculium
obligavit, filius non minus actione reali conveniri po-
test, quam actio personalis tunc contra eum locum ha-
bet, si patris heres existit, Brunnem. ad L. 4. C. Ne filius
pro patr. quo etiam pertinet, quod filius, cuius fundo
pater servitutem imposuit, ejus ultum concedere tenea-
tur.

§. XV.

Hæc autem omnia in potestate *in sensu politico*
considerata secus se habent. Quemadmodum enim he-
rilis, patriaque potestas simul est *acquisitiva*: ita è
contrariò potestas politica, quæ quandoque nomine
imperii venire solet, dicitur solummodo facultas directi-

væ,

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

13

va, seu dispositiva. Separanda autem hic iterum est potestas politica, quæ *Principi* competit, ab illa, quæ in *privatis* deprehenditur. Prior est, vi cuius *Principi* in personas & res tantum est *juris*, quantum *scopus* *Reipublicæ* exigit, unde circa usum ad civitatis utilitatem attemperandum non solum leges præscribere, easque vel in totum vel ex parte abrogare, sed & partem aliquam de *tubditorum bonis nomine tributorum* decerpere potest. Et efflagitante summa *Reipubl.* necessitate, *Principi* supereminens etiam *Dominium bonorum in usus publicos adipicendorum æquisime tribuitur*. Sed de hac potestate nobis in præsenti quidem sermo non est, unde ejusdem uberiori explicationi quoque non in hærebimus.

§. XVI.

Videamus ergo de ea faltim potestatis politicæ specie, qua *privati* ex legum dispositione pollent. Deprehenditur illa præcipue in *marito* ad *uxorem suam* relato, vi cuius maritus non solum *jus disponendi de domicilio*, de modo vivendi & reliquis ad utilitatem familiae pertinentibus habet, sed & hoc leges ipsi indulgent, ut modice *uxorem renitentem castigare possit*, modo absit *sævitia*, ac maritus limites hac parte ipsi præscriptos non transgrediat. Plura de hac materia dici possent, verum cum Dn. *Præses in Diff. de jur. & jurispr. domeft. cap. 2. per tot. fusè eandem per traxaverit & simul ostenderit, quod Struvius statuens, uxorem esse personam alieni *juris*, illas duas potestatis species haec tenus explicatas aperte confuderit, v. §. 15. 16. 17. d. cap. 2. hinc lectorem benevolum brevitatis amore co remitto.*

B 3

§. XVII.

Illud faltem adhuc addo, quod potestas ac vis, quam Tutoribus tribuunt leges, itidem sit potestas *in sensu politico talis*, nam Tutoribus nulla alia, quam illa in nuda dispositione seu directione consistens facultas attribui potest. Sicuti vero jus, quod Tutor in personam habet, non est jus patrium, dum pupillus caput liberum est & propria voluntate pollet; sic etiam jus disponendi de rebus pupillorum non est dominicum. Ut enim pupilli sui juris sunt, ita etiam rerum suarum dominium penes ipsos est, conf. Hugo Grotius *de jur. B. & P. lib. 2. cap. 3. §. 6.* ibique Simon. *in not.* ubi explicat, quod Tutores auctum Domini secundum non habeant jure ordinario, quia alias revera Domini essent, sed vicario faltem, videlicet suorum Principalium, quorum negotia administrant.

§. XVIII.

Quo autem, inquis, ea omnia tendunt? Eo scilicet, ut jam liquido constare possit, vocabula: *vix & potestas*, quæ in definitione Tutelæ inveniuntur, nos producere hunc effectum, ut pupillus ad quæcumque facta Tutoris sui præstanta obstringatur, quia non habetur cum Tutori pro una persona, sed sui juris remanet; ac quoriam per consequens non absolutum aliquod exercet dominium Tutor, sed facultate disponendi de bonis pupilli admodum restricta gaudet, ergo, ut proprius ad rem nunc accedamus, ex indole & natura ipsius Tutelæ ostendendum erit, an & quatenus factum Tutoris pro facto pupilli haberi possit, & quisnam sit genuinus sensus tituli *ff.* *Quando ex facto Tutoris vel Curatoris minores agere, vel conveniri possint?* Illud interim

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

15

interim semel generaliter monuisse sufficiat, quod omnia, quæ de pupillis & Tutoribus dicturi sumus, eodem modo & ad minores ad Curatores suos relatios applicari queant.

§. XIX.

Tutor itaque, cuius factum pupillus præstare tenetur, debet rite constitutus esse. Per ritam autem constitutionem hic præcipue intelligitur confirmatio decreto interveniente facta, eum in finem, ut postquam hodie magistratus omnis vi Jurisdictionis Ord. Polit. de Anno 1577. tit. 32. præcedente causæ cognitione in mores, bona, Tutorisque vitam inquisivit, negotia gesta statim suum habeant vigorem, quod fecus si ipsa confirmatio non accesfit, Myns. Obs. 37. cent. 2. nisi intelligas ea, quæ moram non admittunt, aut facta sunt in pupilli favorem. Nec est, quod alter contrahentium excipere velit, se hac ratione, si nempe negotium cum Tutore nondum confirmato gestum tanquam nullum corrueret, damnum aliquod passurum esse; sibimet enim ipsi imputet, quod cum ejusmodi non confirmato Tutore contractum inierit & cautius mercari non didicerit. Olim quidem legitimi & Testamentarii tali confirmatione opus non habebant, L. 1. f. de Confirm. Tutor. cuius rei ratio partim in libertate Quiritum, partim etiam in Testamentorum favore erat posita; sed cum hodie libertas nostrorum Civium à potestate judicaria non amplius sit separata, nec tantus pro testamenti militet favor, inde omnes Tutores hodie confirmentur necesse est, & hoc ipsum ut decreti (*Tutorium voluntariorum Practici, vel Curatorium*) productione probent, ordinarie compelli possunt.

§. XX.

16 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
§. XX.

Ita nos quidem & DD. communiter, nam nihil singularare afferuimus. In omnia alia tamen abit Andreas Gailius lib. 2 obs. 107. num. 5. ubi existimat: *Saltim sufficeret loco Tutorii seu Curatorii exhibere copiam collationatam Testamenti, vel aliud legitimum documentum, ex quo judicii constare posset, tutores esse testamentarios.* Attamen operae pretium esse non putamus, ut longa serie Gailium refutemus, cum satis in propatulo sit, & testamentarios hodie æque ac alias esse confirmandos ex *Reform. Polit.* de anno 1548. tit. XXX. §. 2. quam salutiteram Caroli V. Ordinationem deinde etiam Rudolph. II. nova Ordin. Pol. de anno 1577. tit. XXXII. §. 2. repetit: *Dass ein jeglicher Vormunder/er sey gleich in Testaments-weise verordnet/ oder durch das Recht/ oder Richter gegeben/ sich der Vormundschaft nicht unterziehen soll/ die Verwaltung sey ihm denn zuvor durch die Obrigkeit decerniret und befohlen.* Add. *Jus Lubec.* lib. 1. tit. 7. art. 2. ibi: *Wenn sich aber einer oder mehr einer Vormundschaft unterwunden ohne Bestätigung des Rathes/ soll davor in Straße genommen werden.* Confer. *Jus Pruten.* lib. 2. tn. 6. art. 1. §. 2. Accedit adhuc ratio, qua Gailius plane est destitutus, quod ante ignorata morum improbitas, honorum diminutio & inimicitiae, postea cum patre ortæ, sèpissime poscent, ut Tutores in testamento dati non admittantur, atque sic confirmatio Tutelæ qualiscunque requisitum sit maxime necessarium & per consequens, confirmatione in tacto consistente, Tutor ad eandem probandam obstrictus.

§. XXI.
Ex modo adductis obiter quoque notare licebit,
jure

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

17

jure germanico hodierno inter Tutorem recte datum &
defectu laborantem, seu quod eodem recurrit, inter Tu-
torem ex defectu testamenti confirmatum & alium, nullam
amplius intercedere differentiam. Evidem depre-
henduntur nonnulli DD., qui hoc in effectu inter u-
trumque Tutorem adhuc interesse existimant, quod
scilicet, qui ob defectum confirmandus, ante confirmatio-
nem administrare non teneatur, L. 1. C. de Testament.
Tutel. & L. 5. in fin. C. qui dare Tutor. & ne quidem pete-
re necesse habeat, ut confirmetur; quod in aliis secus,
quorum ratio ipso jure subsistit, id est, qui in Testamento
solenni & à patre, qui liberos adhuc in potestate ha-
bet, constituti. L. 6. C. de Testam. tutel. vid. Hopp. Exam.
J. de Tutel. Quæst. 14. Ex quo volunt elicere, quod Tu-
tor ex hac posteriori classe, si non statim etiam ante
confirmationem magistratus administrationem rerum
pupillarium in se lusciptat, de iis, quæ interim forsitan
ex negligentia perierunt, respondere obstringatur. Ve-
rum enim vero non videtur lubsistere posse hæc opinio.
Verba eam in §. præc. ex Ordin. Polit. adducta: Dass ein
leglicher Vormünder - - - sich der Vormundschaft nicht
unterziehen soll / die Verwaltung sei ihm dann zuvor
durch die Obrigkeit decerniret und befohlen / sine dubio
sunt prohibitia & Tutorem quemcunque. Er sei gleich
in Testaments-Weise verordnet oder durch das Recht/
oder Richter gegeben / ab administratione rerum pu-
pillarium penitus excludunt, conf. Oswald Hilliger
ad Donell. lib. 3. cap. 12. lit. a. absurditas autem maxima
exinde proflueret, si aliquis propterea puniretur, quo-
niam scilicet illud omisit, quod expedire ipsi prohibi-
tum erat. Plura addere opus non est, sed videri ea
poterunt, quæ pro nostra hac sententia adducit

C

Illud

18 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
Illustris Dn. Stryk. interesse contreveriar. cap. 3. §. 3.
§. XXII.

Præter confirmationem judicialem, de qua ha-
ctenus, adhuc tria deprehenduntur requisita alia, quæ
necessario adesse debent, si quis pupillum ad factum
Tutoris præstandum adstringere intendit. Horum
(1.) est inventarii confedatio, L. 24. C. de Administr. Tutor.
quæ per hodiernas constitutiones statim post confirma-
tionem fieri præcipitur, Ordin. Pol. de anno 1577. tit. 32.
Dass er nach befohlener Verwaltung von allen Gütern
ein Inventarium auffrichthe. Et hæc quidem à patre quo-
ad solennitatem, ne secreta patrimonii pandantur, aut di-
vitiæ invidiae exponantur, non vero quoad ipsam sub-
stantiam remitti potest, quæ in accurata coram pupillo
ceterisque cognatis celebranda specificatione consistit,
vid. Carpzov. P. 2. c. 11. defin. 4. num. 8 Struv. S. I. c. Ex-
erc. 31. thes. 36. Est enim adeo necessaria, ut ea omissa
non solum pupillus nil habeat, quo tutorem ad redden-
das rationes convenire possit, nisi contra ipsum in item
jurare velit, L. 7. ff. de Administr. Tutel. sed & tutor re-
medio destituantur, quo contra pupillum ad indemni-
tatem consequendam experiantur, cum leges, eum con-
fectionem inventarii dolo omisſe, præsumant, conf. d.
l. 7. & inde tanquam suspectus fit infamis, inque id,
quod interest tenetur, pupillis è contrario ratione eo-
rum, quæ ante inventarii confectionem gesta sunt, ad
factum tutoris præstandum non est obligatus, quod
tanquam notabile quid commendat Mynsing. d. cent. a.
obser. 37.

§. XXIII.
Deinde huc etiam (2.) est referenda Satudatio. Sed
quid

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

19

quid voce satisdationis indigitatur? Id quidem nulli dubio subjacet, quod quoties in jure nostro satisdationis simpliciter mentio fit, toties fidejussoria sit subintelligenda, L. 7. ff. de *Stipulat. Præt.* quippe quam pro pingviori habent LL. Civiles, cum scilicet ad quamcumque damni quantitatem resarcendam obligatus sit fidejussor, pignora autem certam estimationem habent; Nihilominus tamen, cum hodie DD. in eo ferre convenienter omnes, cautionem pignoratitiam cautioni Fidejussoriæ æquiparari, vid. Carpzov. P. I C. 5. D. 7. hinc magistratui imputari nihil poterit, quamvis præcise per fidejussores pupillo caveri non curaverit, sed pignora eorum loco admiserit. Non obstat, quod in Ordin. Pol. de Anno 1577. tit. 32. nec non altera illa de Anno 1548. requiratur: gnugsame und rechtmäßige Caution, item Versicherung/ quid enim impedit, quo minus hæc prædicata etiam ad cautionem pignoratitiam applicari possint, modo judex ejus valoris pignora à Tutoribus exigat, ut exinde pupillus probabiliter indemnisi fieri queat, si ipsum à tutore lœdi contigerit.

§. XXIV.

Incidenter hic iterum observare liceat, leges Romanas, quæ de cautione à Tutoribus præstanda disponunt, exiguum, aut plane nullam in Germania nobis utilitatem præstare. Scilicet tutores in testamento solenni à patre filium in sua potestate habente constituti ab omni satisdationis onere immunes erant, pr. Inst. de Satisdat. Tutor. ubi ratio additur, quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata est. Idem obtinebat, si tutores à magistratu superiore, v. gr. Prætore & Proconsule ex inquisitione dati erant, d. pr. Inst.

C 2

de

20 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM

de Satudat. *Tut.* L. 2. ff. de confirmat. tutor. unde tunc de-
mum satisdatio exigebatur, si vel tutores legitimi tute-
lam suscipiebant, arg. d. pr. *Inst.* Lauterbach. *Comp. Jur. ad*
tit. ff. rem pupill. vel adolesc. salv. for. ab init. vel magis-
tratus inferiores, sive municipales Tutores constituebant,
v. l. 5 ff. de confirm. tutor. (ubi contextus ostendit, quod
per vocem *magistratus*, inferiores seu municipales intel-
ligendi, vid. Gothofred. *ibid. in not.*) Verum enim vero
Ordinationes Politicæ d. Anno 1548. & 1577. in §. *preced-*
allegatae non amplius distinguunt, an tutor sit testamen-
tarius, vel legitimus, neque an à magistratu superiore,
an vero ab inferiore constitutus fuerit, sed omnes indi-
stincte tutores ad cautionem præstandam, & omnes et-
iam magistratus ad eandem exigendam præcile adstrin-
gunt, unde non sine causa mireris, qui fiat, quod ejus-
modi inutiles doctrinæ adhuc communiter à DD. in Ger-
mania viventibus in compendiis maxima cura & dilig-
entia proponi & pertractari soleant. Sed ita quidem
nunc fere receptum videtur, ut inutilia & doceantur &
dilicantur, posthabitis illis, quæ veram aliquando utilita-
tem præstare poterant.

§. XXV.

Ultimum denique & (3.) requisitum in constitu-
tione Tutorum observandum, est *solennis juramento præ-*
statio, cuius quidem vestigium nec in Digestis, nec in
Codice deprehenditur, nisi in *l. fin. §. 5. c. de Curat. sur.*
ubi curatorem furiosi ad hoc præsente viro religiosissi-
mo locorum Antistite & tribus Primatibus tactis item
sacrosanctis Evangelii præstandum, obstrictum esse
expresse extat; verum de jure Civili novissimo hac de-
re nullum est dubium, ut videre licet ex *Novel. l. 72. c.*
ust.

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

12

ult. & Auth. quod nunc C. d. tit. Idem volunt constitutio-
nes Imperii, Carol. V. Reform. polit. de Anno 1548. tit. 36.
§. 3. sancivit: Dass ein jeglicher Vormunder mit Gelüb-
den und Eyden beladen werde/ daher seinen Pfleg-Kin-
dern und ihren Gütern getreulich ic. ut & Rudolph. II.
Reform. Polit. d. Anno 1577. tit. 32. §. 3. Hodierna luce
tamen juramenti præstatio fere in desuetudinem abiit, id
est, rarius adhibetur, fortassis eam ob rationem, ut eo
facilius tutores reperiantur, qui cum fide jurisjurandi tu-
telam suscipiant, cum interdum nonnulli ex erronea
etiam conscientia formale juramentum præstare recu-
lent. Interim tamen adhuc hodie pro ratione circum-
stantiarum juramentum à judice exigi posse, nemo for-
san in dubium vocabit, conf. de hac materia Dn. ab
Andler. Jurispr. publ. & priv. Lib. 2. tit. 1. P. 1. num. 4 seqq.
ubi num. 13. multos etiam Duces & Principes tale jura-
mentum præstissime testatur post Maulium de tutel. tit. 12.
§. statuit tamen.

§. XXVI.

Quod si ergo haec tenus adducta ritè observata fu-
erunt, tunc tutor demum ipsam tutelæ administratio-
nem rectè in se suscipit, quæ in eo consistit, ut judici-
um pupilli imperfectum prudentia sua suppleat, quo
primario spectat cura personæ pupillaris, ut alimenta
secundum facultatem decernantur, ut pupillus probe
instituatur, & rerum ejus nihil pereat, vid. Dn. ab And-
ler loc. prox. cit. num. 9. &c, quod negotia à pupillo expe-
dienda attinet, ut in iisdem autoritatem suam inter-
ponat. Cum autem in jure Romano de Tutoribus in-
terdum prædicetur, quod autoritatem interponant, inter-
dum vero, quod administrent, hinc differentiam inter

C 3

haec

hæc duo prædicta intercedentem hic præmissæ non inutile erit. Ut breves simus, tora res eo redit. Pupillus aut in *infantia* adhuc est *constitutus*, ubi nihil plane in administratione reram suarum præstare potest; aut vero jam *infantiam* est *egressus*, ubi judicium quodammodo maturescere incipit. Priori casu administrare dicitur Tutor; posteriori autem autoritatem suam interponere, conf. L. 1. §. ff. de Admin. & peric. tut. & integri duo tituli ff. quorum primus de Administratione, alter autem de Autoritate Tutorum inscribitur, add. Dn. Præsidis usus pract. Distinct. jur. ad tit. ff. de tut. Distinct. IV. § ad tit. de administr. & peric. Tut. dist. I.

§. XXVII.

Quicquid vero hujus sit, in utroque tamen causa administratio & autoritatis interpositio semper ad utilitatem pupilli tendere debet. Et quoniam hodie tutores plerumque etiam adulorum negotia soli expedire consueverunt, adlata juris Romani distinctio sine dubio inter inutiles referenda erit. Latissimus vero hic nobis differendi campus le aperiret, si omnes illas controversias, quæ inter DD. de hac materia agentes, ventialuntur, sigillatim recensere, nostrumque de iisdem judicium subjungere vellemus; sed id quidem in præsenti, & postquam Montanus, Maulius, aliquique jam dudum ante nos de tutelis integros edidere tractatus, instituti nostri non est, unde contenti erimus, modo genuinum fundamentum, ex quo omnes ejusmodi controversiaz decisionem suam capere, debent, adduxerimus, hoc scilicet: *Tutorem, quia patrū vice fungitur, tanquam bonum patremfamilias tam circa personam, quam circa bona pupilli sui versari debere,* § è contrario puz;

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

23

rio pupillum, si talem se non gerit, ad facta ejus præstanta nullo jure obligari.

S. XXVIII.

His ita generaliter hactenus recensitis, liceat nunc ad calum quendam speciale descendere, quia in patria mea contigit, deque eo partim ex dictis, partim ex aliis adhuc ulterius adducendis juris principiis judicium ferre. Scilicet illustris quædam persona J. de M. matrimonio sibi junxerat virginem illustri itidem prosapia oriundam E. C. de S. & in pactis dotalibus inter utramque partem ratione bonorum suorum ita convenerat: Dass keines von beyden Eheleuten aus den angebrachten / anerfallenen/ gewonnenen und geworbenen Güthern (da ihnen der liebe GOTT Kinder bescheren würde) nach gebrochenem Ehe-Bette derselben zu verbringen oder zu verwenden macht haben solle; außerhalb dass der von M. da sie GOT durch zeitlichen Todt trennen würde/ so doch derselbe lange verhüten wolle/ und er sich in die zweyte Ehe wider begeben würde/ 3000. Rthlr. Frau E. C. de S. aber 2000. Cöllnischer Thaler auf obgedachten Fall zu verbringen mächtig seyn sollen.

S. XXIX.

Stererat hoc matrimonium per aliquod tempus, & ex eo filia C. C. de M. nec non duo filii (qui postmodum iterum mortui) nati erant. Providentia divina autem ita dirigente accidebat, quod mater horum liberorum & uxor J. de M. in fata concedebat & modo dictum J. de M. viduum relinquebat. Quamvis vero prout in §. præced. adductum, in pactis dotalibus inter E. C. de S. & J. de M. conventum esset, quod in eo casu, si viduus ad secunda vota transiret, de majori quantitate

24 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
titate quam 3000 thal. disponere non debeat, nihilominus tamen dictus J. de M., ubi secunda vice cum E. C. de B. matrimonium contraxit, ad hanc secundam uxorem omnia bona prioris matrimonii transferre, & specimen quandam unionis prolium privata tamen autoritate in pactis dotalibus, cum hac secunda uxore initis, constituere sibi præsumpsit, quæ pacta omnes cognati filii, ex primo matrimonio adhuc superstitis C. C. de M. tanquam huic non parum præjudicantia, non ratihabuerunt, & propterea eadem subscriptione sua confirmare semper recularunt.

§. XXX.

Moritur deinde ipse J. de M. relicta filia unica jam nominata C. C. de M. eaque adhuc in minorenne ætate constituta, cui à neverca ratione bonorum ex primo J. de M. matrimonio provenientium & successionis in illa variae lites motæ fuerant, neverca ad pacta dotalia secundi matrimonii (de quibus in §. preced.) C. C. de M. è contrario ad pacta primi (de quibus in §. XXVIII.) provocante. Neverca ut eo magis tuta esset, statim post mortem mariti J. de M. possessionem omnium ab eodem ex primo matrimonio provenientium bonorum apprehendit, iisque per integrum octo annos, ut domina, utitur fructur, quibus elapsis aliquam bonorum partem privignæ suæ restituit, ratione residui autem, nec non ratione bonorum ad eandem privignam jure hereditario à cognatis suis devolutam A. M DCL d. XVI. Martii cum ea transigit sequentem in modum: Daß obwohl anfänglich an seiten der C. C. de M. auf die in erster Ehe aufgerichtete pacta dotalia und vermöge deren dahingegan-

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

12

gen werden wollen/ daß derselben der an dem Hausse A.
stehende Pfandschilling ganz und zumahl verbleiben/
denen Kindern zweyter Ehe aber mit 3000. Rthlr. dabei
ausgefogtet werden solte/ hergegen aber an zweyter Ehe
Seiten/die in derselben zweyten Ehe gestiftete Heyraths
Veredung und in Kraft deren die darinnen verwilligte
Einkindshaft sustinirer und behauptet werden wollen.
Das denoch darüber also geschlossen/ daß aus demsel-
ben ganzen Pfand-Schilling/ sich zu der Summen von
15000 Rthlr. betragende/die Frau Wittib und deren Kin-
der ein Drittheil/ nemlich 5000. Rthlr. und aus der B.
Erbschaft das Lehnguth zu M. haben und behalten/ daß
die übrige 10000 Rthlr. aber ihr/der Jungfrau von erster
Ehe verbleiben sollen. Et paulo post: Was die Zeithero
absterbens des von M. bisher aus dem Pfand-Schil-
ling gehobene und noch stehende Pacht anbetrifft/ daß
er stlich mit dem gewesenen Rentmeister und Pächtigern/
und folglich unter beyden theilen Liquidation und Rech-
nung gehalten/ und beyder Ehe-Kinder jedes theil zur
Halbscheid selbiger Intradien zugelassen/ und damit ver-
glichen seyn solle. Subscripta fuit hæc transactio nomine
C.C.deM.ab aliquo ex ejus cognatis G.de S., Commissariis
item Electoralibus, quorum interventu integrum negoti-
um ita privatim & absq; strepitu judiciali compositum, &
deniq; etiam ipsa confirmatio Electoralis sub dato d.XXV
Jun. MDCLII. accessit, cuius tenor est, quod Serenissimus
den Vergleich in allen seinen Buchstaben der gestalt be-
stättiget und bekräftiget haben wolle/ daß er von allen
Seiten fest und unverbrüchlich gehalten werden solle.

S. XXXI.

His ita peractis sæpe memorata C. C. de M. anno

D

ætatis

DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
 ætatis suæ decimo octavo & sic durante adhuc minoren-
 nitatem matrimonium cum B. de M. contrahit, qui viis
 pactis dotalibus (de quibus supra §. XVII.) & collata
 cum iisdem transactione in §. traced. recensita, uxorem
 hancce sum per dictam transactionem non parum la-
 sam esse existinavit, & propterea eandem judicialiter im-
 pugnare coepit. Quanvis vero hic B. de M. lœsionem
 ex ipso facto tatis clare elucescere putaverit, nihilominus
 tamen adversam sententiam expertus est: Dass Beslagte
 von angestellter Klage und Anspruch zu absolviren und
 zu folge zwischen erster und zweyter Ehe Kinder/ Vor-
 munder und Freunden im Jahr 1650. den 16. Merz vor
 Den Churfürstlichen Commissariis erthätigten/ und von
 der Regierung in Anno 1652. gnädigst confirmirten Ver-
 gleich bey dem Lehngut M. und einem gerechten Drit-
 tentheil der A. Pfandschaft samt übrigen ihnen darin
 zugelegten salva liquidatione super perceptis mit dem
 Einhabern/ zu manuteniren und zu schützen/ jedoch den
 Klägern das petitorium vorzubehalten sey/ quæ senten-
 tia deinde per aliam adhuc confirmata fuit.

§. XXXII.

Nostrum quidem non est, ut potestatem deci-
 dendi & judicandi in hac causa nobis arrogemus; in-
 terim tamen, quoniam post publicatas illas sententias
 res iterum in aliud statum pervenit & adhuc sub ju-
 dice lis est, nobis etiam permisum fore putamus, ut
 communia juris principia potestatem tutorum in ad-
 ministrandis pupillorum bonis determinantia, hic bre-
 vibus percurranus & secundum ea de transactione in
 §. XXX. recensita mentem nostram in genere aperiamus,
 ipsam totius negotii decisionem relicturi illis, qui actis
 ad

ad hanc causam pertinentibus & simul etiam potesta-
te publica definiendi causas controversias instructi
sunt.

§. XXXIII.

Primo omnium autem repetendum est, quod sus-
pra in §. XIX. monuimus, hodie in quocunque tutela-
rum genere necessario requiri, ut confirmatio magistra-
tus accedat, unde è contrario consequitur, neminem
pro vero tute habendum esse, qui ejusmodi confir-
matione destitutus, sed omnia ab eo gesta irrita fieri &
annulari debere. Jam vero quoad factum (prout no-
bis relatum) in recensito casu extra controversiam po-
situm, quod G. de S. qui nomine C. C. de M. transactio-
nem subscriptis (vid. §. XXX.) tutelam ejus prævia confir-
matione nunquam gesserit, sed solum ex cognatis illius
fuerit, unde etiam in sententia in §. XXXI. recensita illa
vocabula: Zwischen erster und zweyter Ehe Kinder Ver-
munder und Freunden adhibebantur. Et ergo ex hoc
fundamento validitate dictæ transactionis statim ab ini-
tio non parum decedit

§. XXXIV.

Non desunt tamen etiam, quæ hic nobis oppo-
ni, & ex quibus valor transactionis initæ nihilominus
defendi posse videtur, scilicet agnatorum præsentia defer-
endum Tutorum & Curatorum supplet. Quod assertum
quamvis, quantum nobis constat, in jure Civili non
adeo liquide sit fundatum, oppido enim miserum est
argumentum, quod ex princ. J. de legit. agnat. tut. ibi:
quibus autem testamento tutor datus non est: his ex Lege du-
odecim tabularum adgnati sunt tutores, qui vocantur legit.
mi, petit Mevius ad Ius Luber. P. 2. tit. 2. Art. 33 n. 100. In-

28 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
terim tamen communis fere DD. opinio ita habet quæ
haud raro in praxi vim obligandi post se trahit, vid.
Tusch. Tom. 7. præf. conclus. tit. 5. conclus. 599. num. 27. Ber-
lich. præf. conclus. p. 2. conclus. 37. num. 84. Menoch. L. 3.
præsumt. 128. num. 2. seqq. Mevius d. l. & l. I. tit. 10. art. 1.
num. 53.

§. XXXV.

Hoc quoque non parum nobis obstare videtur,
quod quamvis cognatus C. C. de M. qui transactionem
eius nomine iniit, veri Tutoris nomine insigniri non
posit, nihilominus tamen præter tutores veros, etiam
Protutores dentur, qui, ubi Tutores non sunt, bona ta-
men intentione negotia impuberum vel minorennum,
administrant, vid. L. I. §. 1. ff. de eo, qui protut. Hi, quem-
admodum Tutoribus veris temper comparantur: ita quo-
que hoc casu sine dubio inter utrumque genus nulla sta-
tuenda erit differentia. Quis vero præsumeret, dictum
G. de S. aliam quam bonam intentionem tempore cele-
bratæ transactionis habuisse.

§. XXXVI.

Quod ad hæc dubia attinet, quoad primum in
§. XXXIV. propositum ab initio repetimus, assertum
DD. quod præsentia consanguineorum vice Tutoris
fungatur, in jure Romano, juxta ea, quæ adducunt,
DD. non liquido esse fundatum, vid. d. §. XXXIV.
neque indistincte opinionem DD. communem vim ob-
ligandi habere posse, cum dentur opiniones commu-
nes contra communes. Deinde etiam, licet adsum-
mus opinionem illam, hoc tamen iterum discutiendum
restat, utrum etiam *unius consanguinitatis* prælentia suffici-
at, anno vero plurium, cum DD. semper in numero
plurali

plurali *consanguineorum* mentionem injicere consueverint, pluralis autem locutio ad minimum duos denotet, prout in materia de testibus ex L. 12. ff. de *testib.* deducere solent.

§. XXXVII.

Quoad alterum in §. XXXV. notandum est, duas in materia de Protutela separandas esse quæstiones. Prima est: *An & quales actiones inter pupillum & Protutorem dentur, seu quatenus inter se obligentur?* Secunda autem: *an & quatenus pupillus tertio ex contractu auctoritate Protutoris initio obstrictus sit?* Intuitu prima quæstionis quidem verus & Protutor semper comparantur, ut scilicet uterque eandem diligentiam in administratione rerum pupillarium adhibere, & pupillus vicissim utrumque eodem modo indemnem præstare debeat, L. 4. & 5. ff. de eo, qui pro tut. Intuitu autem secundæ quæstionis, non eadem in Legibus deprehenditur comparatio. Quod si enim verus tutor aliquid alienavit, *ex quo pupillus laetus non est*, pupillo facultas, ut ejusmodi contractum impugnet, neutiquam competit, L. 5. ibi: *in quibus se captos probare possunt C. de in integr. restit. min. 25. ann.* Ast vero quoad res a Protutore alienatas aliter est, unde Celsius in L. 2. ff. de eo, qui pro Tutor. pupillum rem à protutore venditam repetere posse afferit, *quamvis pupillo cautum sit, addita ratione, quia non eadem hujus, qua Tutoris, est rerum pupilli administratio*, vid. Illustr. Stryk. *Caut. Contract. Sedl. 1. c. 3. §. 23. ibi: quia non intervenit veri Tutoris autoritas.* Unde forsitan ita dici posset: Protutorem ad conservandum quidem admitti, non autem ad alienandum, at vero calus, de quo disputamus, alienationem sine dubio involvit.

D 3

§. XXXVIII.

Parum itaque obstante videntur adlata illa dubia. Sed ut adhuc clarius rei indoles adpareat, jam ulterius demonstrandum erit, transactionem, de qua disputationis, nullo modo subsistere posse, quamvis G. de S. verus tutor fuisset, omniaque illa, quæ supra fuse recensimus, ante confirmationem judicialem revera & actu præstisisset. Scilicet primo ex principiis juris notum est, quod regulariter Tutori potestas transigendi non competit, nisi in eo casu solum, si jus pupilli valde dubium est, L. 46. §. ult. ff. de Admin. Tut. arg. L. 35. pr. ff. de jurejur. ex quibus textibus leges generaliter loquentes & facultatem transigendi Tutoribus simpliciter tribuuntur, v. g. L. 54. § fin. L. 56. §. 4. ff. de furt. restringi debent, vid. Lauterb. Comp. jur. tit. de transact. Brunenm. ad d. L. 46. §. ult ff. de Admin. Tut. Gail. l. 2. obs. 72. num. 1. Struv. S. J. C. Ex. 6. thes. 55. Montan. de tutel. c. 33 num. 289. Quis autem in casu nostro jus C. C. de M. ejusmodi maximæ dubietati involutum fuisset assereret? Aderant nempe pacta dotalia in §. XXVIII. recensita, ex quibus illud quam liquidissime & quam facillime demonstrari poterat, illud unicum saltem à parte adverba E. C. de B. obmovebatur, quod pacta dotalia posteriora, & in iisdem constituta unio prolium adesse, v. verba transactionis in §. XXX. relata, ibi: Hergegen aber an zweyter Ehe Seiten/die in derselben zweyten Ehe gestiftete Heyraths Veredung und in Kraft derer die darinnen verwilligte Einkindschafft sustiniret und behauptet werden wollen; at, quam leve hoc erat dubium! Pacta enim priora unius dissenseru per pacta posteriora cum tertio initia tolli non posse, ipsis etiam Dupondiis, vel si mavis,

novis

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO.

novis Justinianis notum est. Quod autem pacta priora per modum conventionis inita fuerint, de eo ex toto contextu præcipue ex verbis: Dabey ferners von ehe gedachten henden Eheleuten eingangen und verabscheidet/ nullum remanet dubium.

§. XXXIX.

Posito autem ulterius, quod minorenis C. C. de M. jus valde dubium fuerit, (quod tamen ex hac tenus adductis vix vel ne vix quidem poni potest) nihilominus tamen sustinebitur, transactionem non fuisse legitime celebratam. Ex verbis nempe sœpe adductæ transactionis sat liquido appetat, quod controversia de *rebus immobilibus* maximam partem agitata fuerit, quia partim seudum aliquod das Lehnguth zu M. partim etiam der Pfandschilling an dem Hause W. objectum transactionis constituit, jura autem, quæ bona immobilia concernunt (quale hic est jus pignoris) ipsis bonis immobilibus etiam fictione Legum accenteri expediti juris est, Carpz. P. 3. c. 23. def. 8. n. 8. Lauterb. Comp. Jur. de Rer. div. in fin. unde etiam annui reditus, unablässliche Renten pro immobilibus habentur, Illustr. Dn. Stryk. in not. ad Lauterb. d. 1. voc. annui reditus in fin. in eo autem DD. nullor, conveniunt omnes, quod quemadmodum nulla immobilium alienatio à Tute facta subsistit, nisi Decretum Judicis acceſſerit: Ita quoque transactione, tanquam alienationis species, valida non sit, si ejusmodi requisito essentiali destitutatur, per textum expressum in L. 4. C. de Præd. & alien. reb. minor.

§. XL.

Scio quidem, quod nonnulli interpretes distinguant, utrum per transactionem res immobilis in ali-

um

32 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM

um transferatur, an vero transactio eo tendat, ut illa pene
minorem permaneat, & quod priori quidem calu trans-
figere non possit tutor, bene tamen posteriori vid. Pi-
nel. ad L. 1. C. de bon. matern. §. 3. n. 45. Montan. c. 33. n. 247.
Brunnem. ad L. 3. C. de præd. & al. reb. min. Sed ea distinc-
tio in casu præsenti transactionem non sustinet, quia
feudum, das Lehngut zu M. in totum, nec non der
Pfand-Schilling an dem Hause U. ex tertia parte in vi-
duam ejusque liberos translata fuit, vid. verba transactio-
nis in §. XXX. adducta, daß aus demselben ganzen Pfand-
Schilling sich zu der Summen von 15000. Rthlr. betrau-
gende die Frau Wittib und deren Kinder ein Drittheil/
nemlich 5000. Rthlr. und aus der B. Erbschaft das Lehn-
Guth zu M. haben und behalten/ daß die übrige 10000.
Rthlr. aber ihr/der Jungfrau von erster Ehe verbleiben
sollen. Non obstat, quod vidua jam in possessione bo-
norum controversorum fuerit, vid. d. §. XXX. Prohi-
bitio enim transactionis non ad eum calum solummo-
do pertinet, si pupillus transfigat rem a se possesse am-
mittendo, sed ad eum quoque, si rem ad velatio de-
tentam eidem relinquat, quia & tunc jura sua intu-
itu rei immobilis competentia alienat, Tiraquell. de Retr.
confang. §. 1. gloss. 14. n. 70. Tusch. Pract. concl. lit. P. con-
clus. 450. Brunnem. ad L. 46. §. fin. ff. de Admin. & peric. Tu-
num. 20.

§. XLI.

Nec juvat transactionem, quod tamen in præsen-
tia certorum Commissariorum celebrata fuerit. Quem
enim latet primo, minori etiam contra actus judicia-
les restitutionis beneficium competere, si per eosdem
laetus est, vid. Lauterbach. comp. jur. de min. 25. ann. De-
inde

inde etiam quemadmodum supra demonstratum est,
(vid. §. XXXVII.) quod Prototorum (& consanguineo-
rum, nam eadem est ratio) præsentia in alienatione bo-
norum immobilium extrajudiciali non sufficiat, sed ve-
ri Tutoris autoritas requiratur; ita quoque idem in a-
lienatione judiciali obtinet, quippe ubi Judicem loco
Tutoris consentire non sufficit, Schoepffer *Synops. Jur.*
privat. tit. de reb. eor. num. 2. Audianus Constantimum
lmp. in L. 3. C. 1 propt. publ. pensit. ubi de venditione ju-
dicialiter & sub hasta facta ita loquitur: *Sin autem mino-*
ris forte persona fuerit inserta, necesse sit legitimæ defensio-
nis venditioni personam adesse; nibilque interfit, utrumne
officium summae rei procuratoris, an certe rectoris provinciæ
id, quod debitum fuerit, proposuerit, ubi per vocem: legitimæ
*defensionis personam, non obscure verus Tutor inci-*gitatur, quoniam scilicet, uti dictum, leges talem in ali-**enatione honorum immobilium pupilli semper requi-
runt. Adde omnino easum notabilem, quem exhibet*
Illustr. Stryk. in Caut. Contr. Sect. 1. cap. 3. §. 21. & 22. ubi
alienatio prædii minoris etiam prævio decreto, nec non
mit Wissen und Willen der Freunde und quis gehabten
Rath derselben facta erat, & nihilominus tamen deinde
ex causis loc. cit. §. 23 recensitis impugnabatur, inter quas
hæc primo loco posita est: quia non intervenit veri Tu-
toris autoritas, Montan. de Tut. c. 33. num. 29. non enim
(additur) hic sufficit, si prototor interveniat, sed adesse
Tutor debet, qui revera est in administratione, Decius
Confil. 467. imo non patitur juris ratio, ut quis Tutoris
*& judicis vices in eodem actu sustineat.**

§. XLII.

Sed accessit tamen & confirmatio ipsius Domini
E terri-

34 DİSSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM
territorialis? Ita est quidem, sed respondeant pro nobis Impp. Valer. & Gallien. quorum verba in L. 5. C. de
præd. & aliis reb. min. haec sunt: *Et si Praeses provincie der-
eoverit alienandum vel obligandum pupilli suburbanum vel
rusticum prædium: tamen actionem pupillo, si falsis allega-
tionibus circumventam ejus religionem probare posse, Sena-
tus reservavit, quam exercere tu quoque non vetaberis.* Ne
rideas vero existimans, ac si nos confirmationem à Do-
mino territorii factam cum Decreto Præsidis Provinciæ
comparare velimus, nam nos etiam ridemus eos, qui
potestatem Statuum ex potestate magistratum Roma-
norum dimitiri intendunt. Illud taltem ex adducto tex-
tu notamus, quod sæpe *falsis allegationibus* confirmatio
à superiore impetrari soleat, ubi tamen confirmabile
quid non abest, quale quid ex hac tenus adductis in præ-
senti casu nemo deprehendere poterit. Et hoc ipsum
movit Serenissimum territorii Dominum, quod de dato
d. IX Decembr. 1687. in hac ipsa causa, non obstante il-
la confirmatione clementissime rescripsit an das
Hoffg. zu Cl. unpartheyische Justiz zu administriren/und
da es sich mit ihrer Sache berichteter massen verhält/dab
sie des thriegen de facto entsehet worden/die Verfehung
zu thun/dab ihnen solches cum omni caulta restituiret und
dem Recht sein ungehinderter Lauff gelassen werde.

§. XLIII.

Ex hac tenus dictis simul resolvitur dubium, quod
ex L. 2. C. quand. Decret. opus non est, desumi forsitan pos-
set. Scilicet statuunt DD. communiter, quod in alie-
natione immobilium ad minores spectantium decreto
judicis opus non sit, quoties ipse Princeps in ejusmodi
alienationem consensit, & suffragatur illis. d. l. 2. illud.
inquit

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO:

35

inquit Imp. Aurelianus, requirendum est, an adito Principe Saturninus vir clarissimus specialiter ius venditionis accepit. Ad instar enim Præsidalium Decreti concessio principaliis accedit. Neque enim hoc ita accipiendum est, ac si nudum Principis Rescriptum sufficiat, cum & Principi circumstantiae rerum pupillarium cognitæ non sint; sed ita demum illud vice decreti fungitur, si ex justa causa, id est, prævia causa cognitione detur, Nebelkrä P. 1. Dec. 7. Brunneman. ad d. l. 2. quæ tamen hic ubique deficit.

§. XLIV.

Ne autem nihil quicquam intactum remaneat, nunc tandem perspiciendum adhuc erit unicum, illud scilicet, quoniam J. de M. (vid. §. XXIX.) cum secunda sua uxore speciem quandam unionis prolium inire voluisse videtur, an hæc prætensa unio prolium secundum vera juris principia sese recte habeat? Licebit ergo in hunc fidem requisita ad unionem prolium legitime constituendam necessaria una serie recensere, quorum primum est: ut non privata autoritate contrahentium fiat, sed accidente Judicis confirmatione atque decreto celebretur, vid. Rickius in tract. de Union. Prol. cap. 6. num. 4. nam cum in ejusmodi actu personæ parentum aliquatenus sint suspectæ, cognati sibi etiam hanc rem, uti ad se directo non pertinentem ea, quæ decet, diligentia non exquirant, neque perscrutentur, non solum æquum est, Judices hac in parte vices parentum agere, ac geminatum fidei pietatisque officium præstare; verum etiam maxime necessarium, cum jura vitrico vel novercae defuncti conjugis memoriam & liberorum charitatem negligenti Novell. 22.

E 2

cap. 12.

cap. 40. nullam adhibeant fidem, *L. 4. ff. de Inoffic. testam.*
sed potius inter illam & privignos odium præsumant, *Dn.*
Stryk. ad Lauterb. ff. de Furtis.

§. XLV.

Verum enim vero nec solius Judicis decretum
rem conficit, quippe cui plurima, ad questiones facti
pertinentia, incognita sunt, sed requiritur secundo, ut
consensus tutorum & agnatorum accedat. Quod si
pupilli tutores non habent, necesse est, ut ipsis tales
a magistratu constituantur, aut cognati in debita for-
ma ad tutelam curamve vocentur, *cont. Rick. d. tract.*
de union. *Prol. cap. 6. §. 23.* qui etiam ibidem §. 17. dicit:
quod judex teneatur tutores & curatores religione
jurisjurandi adigere, te scilicet sincere credere, hoc
paectum omnibus liberis non parum fore salutare, quo-
niam tutoribus, qui nonnunquam judici lucri sui cau-
sa quid adseverare solent, non nimium absque jura-
jurando credendum. *Tertia & ultimo* necesse est, ut
accedat etiam cause cognitio, quantæ sint liberorum
uniendorum facultates, quantusque numerus, quam-
vis enim facultates fere sint æquales, si tamen sponsa-
v. g. quinque, sponlus autem tres solummodo vel du-
os liberos habet, unio prolium subsistere non poterit,
quia sponsi liberi læderentur, *vid. Illustr. Dn. Stryk. de*
Caut. Contrat. *Sed. 3. cap. 6. §. 10.* unde magistratus cura
admodum diligentissima vigilare debet, ne quandam
inæqualitatem admittat & sub copulandæ adoptionis
seu unionis obtentu alter in alterius facultates irruere
videatur, *Rick. d. I. §. 12. 14.* Hoc quoque notandum,
quod quoties unicum saltum ex recensitis hisce requi-
tatis deficit, unio prolium ob vitium in forma statim
pro

A PUPILLIS NON PRÆSTANDO. 37
pro nulla & invalida habeatur, de quo Gail. L. 2. obs. 125.
n. 7. & 8.

§. XLVI.

Videamus nunc, utrum in nostra unione proli-
um ex paucis dotalibus (quorum §. XXIX. mentionem
fecimus) prætentia dicta requisita deprehendantur. Ad-
paret vero ex summaria quadam facti specie in causa-
der Vermunder von M. zu A. contra M. typis excri-
pta, putativam illam unionem mera *privata autoritate*
nec constitutis tutoribus filie primi matrimonii celebratam
& sic per consequens ne minimum quidem, quod legi
timam unionem prolium stabilire posset, observatum
fuisse, quod in propatulo est, ac nulla probatione indi-
get. Neutra pars coram judice comparuit, & proinde
nec tutores à judice constituti (quod tamen in casu præ-
fenti opus tuisset,) nec unio decreto confirmari ac do-
cumentum desuper obtineri potuit. Ergo, quia omnia
requisita hic deficiunt, multo minus justa transigendi cau-
sa adfuit.

§. XLVII.

Sufficient hæc de casu nostro, supra §. XXVII. seq.
proposito. Redeamus jam ad thema generale, cuius
intuitu illud adhuc pertractandum restat, sed paucis so-
lum modo, quale remedium Juris minoribus, factum
tutorum impugnare & non præstare volentibus, com-
petat. Tuetur vero jus suum pupillus tali casu vel per
modum *actionis*, si rem cuius intuitu læsus est, adverfa-
rius possidet, eamque sponte reddere recusat: vel ope
Exceptionis, si ipse læsus adhuc in illius possessione con-
stitutus deprehenditur.

§. XLVIII.

Quod si per modum *actionis* factum tutoris impugnat
E 3 pupil-

38 DISSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM

pupillus, duo ipsi leges indulgent beneficia: *Querelam scilicet Nullitatis & restitutionem in integrum ex capite minorenitatis.* Prior toties locum habet, quoties tutor aliquid neglexit, quod tamen in legibus ad formam negotii requiritur, quo pertinet famosus ille casus, cuius supra etiam in resolutione casus propositi mentionem injecimus, si tutor in alienatione bonorum immobilium (quo incorporealia immobilibus inherentia etiam referuntur) decretum magistratus præviamente causæ cognitionem penitus neglexit, vid. L. 3. §. 13. ff. de *Sucept.*
Tutor. verb. *Tutores*, qui res vettas sine decreto distraherunt, nihil quidem egisse. Formæ enim omissio ipsum annihilat ætum & contractum, Mev. ad *Jus Lubec.* qu. 9. n. 4. it. Conf. 110. n. 30. Posterior autem tunc conceditur, quando negotium ipso quidem jure validum est, id est, quando omnia requisita adsunt, quæ ad formam negotii referuntur, sed nihilominus tamen pupillus contra quietatem non modice læsus est, sive id dolo adversarii, sive facilitate ætatis ipsius pupilli acciderit, L. 1. pr. L. 11. §. 4. ff. de *Minor.* 25. ann. Prior, nempe querela nullitatis, est remedium ordinarium: Posterior autem, restitutio in integrum, extraordinarium, sive subsidiarium, ad quod non recurritur regulariter, quamdiu ordinarium adest. In causæ cognitione, inquit Ulpianus in L. 16. ff. de *Minor.* etiam hoc verjabitur, num forte alia actio posse competere, citra integrum restitutionem. Nam si communis auxilio & mero iure munitus sit, non debet id tribui extraordinarium auxilium. Ut puta, cum pupillo contradictum est sine tutoris autoritate, nec locupletior factus est.

§. XLIX.

Cum itaque duo diversa hic pro pupillis seu minoribus se offerant remedia, non inutilis erit quæstio, quod.

quod nam ex his alteri sit præferendum? In cuius quæstionis resolutione ad hæc duo præcipue respiciendum erit, difficultatem scilicet probandi & præscriptionis terminum. Utrobique vero querela nullitatis præ restitutio in integrum aliquid præcipui habet, scilicet restitutio in integrum non aliter locus est, quam si quis probat, se ab adversario non modice esse læsum, L. 9. §. 4 ff. de probat., que probatio admodum difficultis, cum læsio non præsumatur; E contrario autem in querela nullitatis ejusmodi lesionis probatione non est opus, sufficit enim ibi, quod nullitas doceri possit, vid. Dn. Præl. Us. Praet. Distinct. Jurid. ad tit. ff. de Minor. dist. 1. Ex negotio nullo enim nulla etiam oritur obligatio ad servandum contractum. Porro quantum ad præscriptionis terminum attinet, tenendum est, minores, si jus suum amissum via restitutio in judicio persequi velint, intra spatium anni utilis seu quadriennii continui L. fin. C. de tempor. in integr. restit. ab adepta maiorenitate computandi, Illustr. Dn. Stryk. de Act. Forens. invest. sed. 3. axiom. 2. §. 9. coram judice comparare debere, quod tempus de momento in momentum currit, L. 3. §. 3 ff. de Minor. ita, ut ipsa hora, qua quis natus est, spectetur, Struv. S. f. C. Exerc. IX. tb. 42. Quod si vero ex capite nullitatis experiri velint pupilli vel minores, tum, licet maiores facti, & intra quadriennium restitutio non sit petita, nihilominus adhuc omne, quod in ipsorum præjudicium factum aut commissum, impugnare possunt, cum hac tamen distinctione, ut si res pupilli forsan ex titulo oneroso in tertium translata, intra quinquennium, sin ex lucrativo, intra decennium, vel vicennium ab adira hereditate computandum, querela nullitatis institui possit, L. f. C. si quis ignor. Struv. S. f. C. Exerc. 31. thes. 86. in eo tamen utrumque remedi-


40 DİSSERT. JURID. DE FACTO TUTORUM &c.
medium convenit, quod ad heredes pupilli transmitta-
tur.

§. L.

Potuistemus adhuc nonnulla hoc loco non discon-
venientia in medium proferre; Verum cum id temporis
& instituti nostri ratio non permittat, finem huic dis-
putationi imponimus & Deo T.O.M. ex intimis cordis
penetralibus agimus grates, quod nobis hac in re im-
mensa sua gratia clementer adesse voluerit. Interim
tu B. L. accipe hasce theles magis propositas, quam e-
laboratas, ventilationi tamen forsitan haud insuffici-
entes & favae.

ADDITAMENTA.

- I. Pœna laquei in criminè furti non est simpliciter iusta.
- II. Quamvis usuræ in Jure Canon male audiant, earum ta-
men turpitudo nec ex jure Naturæ nec ex jure Divino revelato
universali deduci potest.
- III. In donatione remuneratoria donans ad præstandam evi-
tationem non tenetur.
- IV. Judæus etiam pupilli Christiani tutor fieri potest.
- V. Meram superstitionem sapit, quod res sacræ nonnisi ob
summam necessitatem alienari possint.
- VI. Leges, magistratus & parentes inepte à nonnullis DD.
ad sanctas referuntur.
- VII. Irrationabilis videtur esse pœna, quando post divorcium
parti nocenti cœlibatus injungitur.
- VIII. Jus gentium non est in rerum natura.
- IX. Consuetudo, qua uxore, maritis certam & quidem ex-
guam afferunt dotem, est laude dignissima.
- X. Sententia Conringii, quod mariti in aciem prodeunte
uxores suas secum circumducere debeat, est æquisissima.



ULB Halle
001 871 366

3



56





1704 12/11 10

DISSE

DISSERTATIO JURIDICA;
DE FACTO TUTO-
RUM A PUPILLIS
NON PRÆSTANDO,
Quam
DEO TER OPT. MAX. ADNUENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
Dn. FRIDERICO VVILHELMO,
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRANDEN-
BURGICI CETERARUMQUE PROVINCIARUM
HEREDE, &c. &c.

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRÆSIDE
JAC. FRIDERICO LUDOVICI,
J. U. D. & Prof. Publ. Extr.
PRÆCEPTORE SUO INDEFESSO AMORIS CULTU
prosequendo,
Publico & placido Eruditorum Examini submittit
BERNHARD JOHANN de Mumm/
Eques Marco Guestphalus.
Ad diem XXIX. April. M DCCIV. Horis locoque consuetis.
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.